

SOLENNIS GRATIARUM ACTIONIS, 183

Anni 1679. 12. Decembris,

Per universum Regnum Syecicum, instituendæ;
 Pro pace Universalī à DEO T. O. M. clementissime
 nobis concessa.

CONCIO I.

Parasceve. Ps. 51: 17. Magna nunc, reddita per Divinam misericordiam pace, laudum nobis data materies, novum canticum dedit in os nostrum, Psal. 40: 4. Ast ut sine apertione oculorum spirituali, Psal. 119: 18. cœci sumus in Divino cultu, Eph. 4: 18, ita nisi Deus digne aperiat os, muti sumus in officio hoc Christiano. Illo vero aperiente, loquemur ὡς ᾤσῃς, Marc. 7: 35. Deo benedicentes, Luc. 1: 64. itaqve cum Davide oremus: *Aperi-* & cum Ecclesia: *Ὁ Ὁερε Ὁυδῃ aff Ἡμῆλιῖ/ gif οἱ Ἰάδ τίλ ατ πρῖσα τῖθ.*

TEXTUS, Psal. 46. v. 9, 10, 11, 12.

Exord. Zephân. 3: 14, 15. Prophetica est exhortatio ad Ecclesiam Nov. Test. quæ hic ut alibi Zionis nomen gerit. Psal. 2: 6. & Israël's, Gal. 6: 16. diciturque Jerusalem, Zach. 8: 22. Gal. 4: 26. Gaudium spirituale multis verbis exigit: *Ἰρόγδα/ canta*, Ps. 32: 11. *Ἰοπα/ voce alta jubila*, Ps. 47: 2. *war gladh/ internè letare*, Psal. 4: 8. *Ἰρόγδα/ externis gestibus*, Ps. 149: 5. *aff allo Ἰιερτα/ totis viribus*, Ps. 5: 11. Luc. 1: 46, 47. *Causa letitia triplex.* (1) *Ablatio pœnae per retroactionem hostium.* *Ἰτραῖ/ Heb. iudicium tuum*, h. e. plagas iuste promeritas, Exod. 6: 6. ubi maxime intelligitur liberatio ab hostibus spiritualibus, Luc. 1: 71. Heb. 2: 14. quam Deo reconciliato, sequitur *Ἰαῖτῖο/ abactio hostium temporalium*, 2. Sam. 22: 1. (2) *Præsentia Regis Israël's.* Christus Jehovah est, Jer. 23: 6. Rex noster est, Zach. 9: 9. *in medio nostri est*, Matth. 18: 20, & 28: 20. (3) *Plena securitas.* nullius mali metus, Ps. 56: 5. Nos qui hanc in Christo habemus

388. liberationem spiritualem, Rom. 5. 1. & 8. 1. excitamur in textu, in gaudium ob liberationem temporalem patriæ nuper datam, in spirituali illa, nobis utilem & sacram.

Propos. Exhortatio in laudes Dei & gaudium sacram.

Votum. Psal. 118. v. 24. cum v. 27.

I. EXHORTATIO IPSA. Prima verba textus excitantia sunt. *Agite*, motionem mentis requirunt, Hof. 6. 1. sed & corporis in loca congregationum sacrarum, Ps. 42. 5. & 95. 1. maxime vero attentionem devotam & contemplationem operum divinorum, Ps. 77. 13. & 143. 5. Et ut id tanto minus negligamus, introducitur Deus ipse mandans, v. 11. *Warer stilla och besinner / desistite* (à malo, Ps. 37. 8.) *& cognoscite quod ego Deus sum*; ne sitis brutorum instar, Ps. 32. 9. nec ut insipientes, Ps. 14. 1. sed primariam reputetis & sapientiæ & felicitatis gloriam; Dei verum cultum, Jer. 9. 23, 24.

II. LAUDATIONIS CAUSÆ, α. *Hostium desolatio*, *Sörstöring* / v. 9. qualis ea sit declaratur, v. 7. *edidit vocem suam, liquefcit terra*, fremuerunt hostes, Ecclesiæque terras vastare cogitabant, v. 3, 4. At in illorum caput convertit Deus malum: Ejus rei exempla multa erant ante & circa Davidis tempora, in devastatis & submersis Ægyptiis, Exod. 14. in excisis antiquis terræ Canaan incolis impiis, Jos. 12: in debellatis multis vicinis Judæorum hostibus, (vid. lib. Judic.) in prostratis inimicis ipsius Davidis, 2. Sam. 5. & 8. & 10. & 12. &c. plurima post Davidem hujusmodi desolationis exempla, 2. Reg. 19. 35. 2. Chron. 14: 8-14. & 20. 1-26. Jer. 49. 1, 9, 10, 17, 18, 19. Ezek. 25: 3, 4, 5. &c.

β. *Belli cessatio*, v. 10. adscribitur hæc Deo, *primum* in genere, *örkigh stillar / usq; ad fines terræ*: Opus hoc est Dei, 1. Reg. 8: 56. 1. Chron. 23: 18. 2. Chron. 14. 6. deinde specialius declaratur, (1) *fractione arcuum*, hostiles conatus irritos reddit, Ps. 37. 14. 15. (2) *hastarum concisione*, pacis optimum indicium, Esaj. 2. 4. Mich. 4. 3. (3) *curruum bellicorum combustione*: in usu bellico erant varii generis currus; Exod. 14. 7. Ps. 20. 8. qui sic combusti, belli abolitionem significabant, Jos. 11. 6, 9. Nab. 2. 13,

7. *Potens conservatio*, v. 12. *Dominus Zebaoth*, Deus exercituum, *Zach. 13.* qui pro nutu & voluntate sua, creaturis cœlestibus & terrestribus, ut exercitu suo utitur, *Gen. 2:1. Hiob. 25:3. Sap. 5:18-24. Syr. 40:32-37. Nobiscum est*: quid timeamus, si potentissimorum exercituum dominum defensorem habemus? *Pf. 35:6. Rom. 8:31. conf. Esaj. 8:10. cum Matth. 1:23.* In Patriarcha *Jacobo* posterij eius in foedus Dei recepti, *Gen. 28:13-16.* & victoriae spes in nomine ejus datur, quia à *subigendo alios*, nomen habet, *Gen. 25:26. & 27:36.* & sic solatii plenum quod *Deus Jacob*, sit *asylum nobis*, ut locus altus, *Esaj. 33:16.* in quo tuti simus, *Psal. 9:10. & 18:49. & 94:22.* ideo concluditur voce *Selah*, quæ non tantum tunc postulabat modulationem singularem & exaltationem vocis in hymnis his canendis, sed & devotam attentionem in animis audientium & legentium requirit; occurrit septuagies circiter in Psalterio, & præterea *Hab. 4:3, 9, 13.*

III. LAUDUM FINIS, hunc Deus ipse monstrat, *Jagh Thalwinna Prüss/ Ego exaltabor inter gentes, ego exaltabor in terra.* Deus summus sublimior fieri nequit, sed ideo potentissima & gratiosa sua opera exerit, ut à nobis pro uno vero ac summo Deo agnoscatur & colatur, *Num. 14:21. 1. Reg. 8:23, 40, 43. Psal. 95:1-7. & 102:16.* ideo illum laudamus, ut in animis nostris aliorumque, cognitio & amor Divinae majestatis augeatur & accendatur magis, *1. Chron. 17:8. Psal. 105:1-7. Dan. 4:31, 32, 34. & 6:26, 27. &c.*

Ufus, I. Didascalici, (a) Deo omnipotenti fata belli adscribi debent, *2. Chr. 25: 8.* Non tantum victoriae ab ejus gratia & voluntate pendent, *Jos. 8:1. 1. Sã. 14:6. & 17:47. Pf. 18:48. & 147:10. Prov. 21:31. Judith. 9:16. 1. Macc. 3:18, 19.* sed & desolationes horrendæ potentia divinae adscribendæ, *Esaj. 42. 14, 15. Jer. 25:12.* dicitur Deus *El schaddai Gen. 17: 1.* quod secundum multos, notat *potentem desolatorem*, *Hiob. 6:4. Esaj. 13: 6, 9. &c.* & hinc simul agnoscamus justissimam iram Dei, quæ passus est aliquas provincias nostras, propter peccata nostra desolari *Hos. 14:1.* & veneremur divinam ejus potentiam, quæ magnas hostium copias nobis ad-

versas, sapius desolavit, *Psal.* 18: 35, 38, 39, 41, 43. *Ec.* 1, *Sam.* 2: 10. *Efsaj.* 24: 12. 13. *Amos*, 5. 8. 9.

(B) Imprimis discamus adscribere Deo pacis beneficium, de quo hoc anno, d. 15. Aug. proluxe in *homil. ad Prov.* 16: 7.

2. *Pudenticus*. Extollamus Deum nostrum qui pacem clementissime nobis dedit, *Pf.* 31: 20, 21, 22. Ingemuimus, clamavimus, laboravimus sub onere belli gravissimo, pacem optabamus, poscebamus, rogabamus; jam a Deo benigno, simul cum omnibus sive terris sive urbibus amissis, reddita ea est. Promisimus gratitudinem nostram, *Psal.* 56: 13. ergo monstremus eam, nisi ingrato animo duriores, attrahere velimus pœnas, *Deut.* 8: 19. 20. *Ec.* 32: 5, 6. *Efsaj.* 5: 5. *Prov.* 17: 13. Pro hoc grandi Dei beneficio, celebremus divinam ejus gratiam, *Corde*, *Deut.* 4: 9. *Psal.* 9: 2. *Ec.* 57: 8. *Ec.* 63: 6. *Ec.* 86: 12. *Ec.* 31: 1. *Ec.* Ore, *Psal.* 26: 7. *Ec.* 34: 2. *Ec.* 40: 10. *Ec.* 71: 8. 15. *Ec.* 109: 30. *Eph.* 5: 19. *Ec.* Opere, idque vita sancta, *Luc.* 1: 74, 75. *Rom.* 12: 1. *Eph.* 5. 9. & beneficentia in pauperes, *Neb.* 8. 10. *Esth.* 9: 19. *Syr.* 14: 14. imo in omnibus, *1. Theß.* 5. 17. NB. *Psal.* 34: 15.

3. *Epanorthoticus*, contra impios, pace abutentes. Multi postquam sunt liberati ab hostibus, in concives inimicitias excitant, sicut Saul devictis Philistæis, Davidem persequebatur, *1. Sam.* 18. *Ec.* 19. *conf.* *Psal.* 120: 6, 7. Alii qui nihil didicerunt, nisi in bello alios perdere, tempore pacis otiosi sunt, ignari quomodo vel gloriæ Dei promovendæ, vel salutis suæ procurandæ, vel aliorum utilitati augendæ, operam dare possint. Sed si pauperiores sunt, alieno pane vivere volunt, *1. Theß.* 3: 11, 12. vel si aliquid possident, fœnoribus sive exactionibus miseros opprimunt, *Amos* 5: 12. aut in superbo victu & amictu sua consumunt, ut Sodomitæ, *Ezek.* 16: 49. 50. aut ea suum more ingurgitant, *Efsaj.* 5: 22. *Eph.* 5. 18. hi omnes non sunt pacis filii, *Luc.* 10: 6. sed pacem à se & terris nostris repellunt, *Deut.* 32: 20, 32, 35. *Luc.* 19. 42.

4. *Consolatorius*. In Deo præsentem & porro nos defendente, exultare possunt omnes pii, *vid.* *Homil. hoc anno in Psal.* 35. 9. 10. *Conclusio ex Syr.* 50, v. 24, 25, 26.

Parasceve. Rom. 15: 5. 6. Per proxime elapsos annos sæpius diebus precum solennibus, in publica calamitate auxilium Dei imploravimus, & interea *patientiam & consolationem*; nunc quia magna gratias agendi causa, postquam sunt *uniti* multorum Christianorum *animi*, ut gratas Deo Patri offeramus laudes, cum Apostolo oramus ut id uno ore sancte peragamus:

TEXTUS, *Psal. 28. v. 6, 7, 8.*

Exord. *Judic. 5: 1, 2.* *Loßwer H Er. at Israel är åter frj worden.* Hebr. *Dum (Deus) nudaret nudationes in Israël, &c.* conf. de phrasi *Deut. 32: 42. Ps. 68: 22.* hostes magna vi infestarunt fideles in terra Israël, *Judic. 4: 1, 2, 3.* illorum hostium capita nudavit Deus, *Judic. 4: 15-24.* ideo laus illi danda, *Ps. 35: 10.* reddidit afflictos *alacres, willioge, Judic. 4: 10. & 5: 18.* Propterea Dei laus coram summis ac infimis proclamanda, *c. 5. v. 2. 10. 11.* idque animo prorsus alacri, *Jagh wil/ H Erranem wil iag/ ic.* sic *Deut. 32: 3.* hanc alacritatem ostendit David sæpius, *Ps. 145: 1, 2, 5. &c.* ac modo eximio in textu, quæ Rex noster pietate & victoriis inclutus, nobis præscripsit meditandum, postquam Deus hostes nos infestantes, strage non una *nudavit*, & afflictis patriæ incolis alacritatem & successum dedit, ut nunc de pace & plena ab his malis liberatione latemur. itaque

(*Propos.*) Laus Deo alacri animo a liberatis cantanda,
 Vorum *Psal. 36: v. 8. cum 11.*

Multos habuit suo tempore hostes pius David, videtur itaque hic Psalmus devictis illis plurimis compositus, dum liberatus alacriter Deum celebrat.

I. *Laude Eucharistica* (*Tact sähelse-Loßw*) sic *v. 6. Loßwat ware H Erren.* Hebr. *baruch Jehovah*, benedictus, *wolßgnar/ ic.* Deus benedicit hominibus infinito beneficiorum numero, *Gen. 12: 3. Deut. 28: 8. 1. Par. 18: 26, 27,* homines benedicunt hominibus, precando felicia, *Hjob. 29: 13. & conferendo munuscula, Gen. 33: 11.*

1. *Sam.* 25: 27. *Alit Deus benedicatur ab hominibus, quando celebratur & laudatur ut fons omnis boni, & auctor omnis felicitatis, Gen. 9: 26. Psal. 16: 7. Luc. 1: 68. &c.* In textu benedicatur propter (a) *Exauditionem*, hanc petiit v. 2. Est magnum gratiæ divinæ testimonium, *Pf. 65: 3. & initium felicitatis, 1. Reg. 8: 28, 30, 43. &c.* ideo laudibus extollendum, *Pf. 66: 16, 17, 20.* (β) *Robur concessum, Min Starckheet.* Deus dedit fortitudinem animi & vires corporis, *Pf. 18: 2. & 27: 1. & 37: 39.* (γ) *Protectionem. Min Stold.* mala ab inimicis nobis intentatas avertit, *Gen. 15: 1. Pf. 3: 3. & 18: 3. & 35: 2.* (δ) *Spei sustentationem: in ipsum confidit cor meum.* & hoc donum Dei est, *Rom. 15: 13.* Fuitque in Davide firma animi quies, qua se in omni adversitate erectum tenebat, *Esaj 50: 10.* innitendo Dei bonitati, *Pf. 52: 9.* potentia, *Pf. 56: 12.* veritati, *Pf. 33: 4. & 119: 41, 42.* & providentiæ, *Pf. 55: 23.* (ε) *Liberationem, hulpet/ereptus è malis, 2. Sam. 22: 1. Pf. 91: 14. seqq.*

Applicatio. Tota Ecclesia Christiana per plures annos gravissimis belli malis vexata, & nunc liberata, in has voces Eucharisticas merito erumpit, *Benedictus Jehovah! Pf. 42: 14. &c.* in primis piè sic exultat patria nostra: Deus exaudivit, dies precum habuimus plures quam dies præliorū, & qui datus in præliis successus, talis fuit ut non viribus nostris sed precibus (per Christum Deo acceptis, *Job. 16: 23.*) tribueretur, quia Deus *Robur nostrum, Pf. 46: 2.* Externa & extrema terrarum nostrarum munimenta, ab hostibus erant occupata, fuere latera fere ubiqve nuda, at antiquos limites intactos relinquere coacti, quia *Jehovah erat scutum nostrum, Deut 33: 29. Psal. 91: 4.* Spei nostræ gloriam, etiam in durissimis hisce temporibus non tantum ostentavimus diebus solennibus gratias dicendo pro victoriis, sed & eandem acquirere conati sumus ipsis precum diebus. (*Inspiciantur textus annorum precedentium, & deprehendemus Ecclesiam patriæ, per plurimos spem suam & testatam fuisse sapius & auxisse.*) e. g. An. 1675. *Psal. 5: 7. 11. 12.* An. 1676. ex *Psal. 62: 8-13. & 85: 2-9.* sic sequentibus annis, ex *2. Chron. 32: 7. 8. Psal. 70: & 80: 15-26. & 90: 13-17. Mich. 7: 9, Zach. 8: 14-17. &c.* Et nuper hoc anno ex, *Pf. 35: 1-9. & 37: 39.*

40. *Prov.* 3: 5. 6. &c. adeo ut ultimi textus pœnitentiales ex *Prov.* 16. 7. *Pf.* 41: 11. 12. hanc spem in felix hujus diei omen firmaverint, ut nunc exclamet Ecclesia liberata & Patria, *migh är holpet*: *conf Pf.* 13: 6. 7. & 18: 47-49. & 30: 2. &c.

II. *Laude fiduciali.* (*Zälförsichts Loff*) *v.* 7. *exultavit cor meum*, in Deo fiduciam omnem ponens, lætus exultabo: de ejusmodi gaudio, *Pf.* 68: 6. & 149: 5. *Job.* 16: 22. tradit hic Psaltes ejus (α) *Effectum* *Lacta medh mine Wäso*: David in laudes Dei multos composuit hymnos, 2. *Sam.* 23: 1. 1. *Chron.* 17: 4. 7, 8. *Amos.* 6: 5. quibusdam eorum celebravit & hanc liberationem, *Pf.* 26: 12. & 30: 12, 13. & 33: 3. & 119: 164, NB. *Pf.* 69: 32. *Syr.* 47: 9-12. (β) *Fundamentum*, quia *Jehovah est illis robur*, piis videl. in populo suo, *v.* 9. *Pf.* 29: 11. Quod *v.* 7. est causa gratiarum actionis, hic ut fiducia fulcrum laudatur, *conf Pf.* 18: 40. & 22: 20. & 31: 5. &c. (γ) *Experimentum.* *han är / ic.* Hebr. *ipse fortitudo salutum Unctio suo*. multis vicibus modisque expertus fuerat David divinam protectionem, tanquam in *fortalio* (*Nab.* 1: 7.) *salutum*, h. e. variæ & omnigenæ salutis, *Pf.* 18: 51. simul se solatur divina *unctio*, 1. *Sam.* 16: 13. quam ut absq; omni suo merito consecutus fuit, *Pf.* 78: 70, 71. porro confidit fore ut Deus unctum suum servet, *Pf.* 105: 15. *conf.* 1. *Sam.* 24: 7. 11. & 26: 16.

Applic. Svecia & in ea quilibet civis ingenuus, jam exulet omni fiducia, & laudibus *canticisq;* piis singulare Dei beneficium extollat, quod in hoc bello, robur nostrum ipse fuerit, *Pf.* 62: 8. & 31: 2. & 84: 6. laus roboris nostri, *Pf.* 89: 18, & quod hanc fiduciam in illum foveamus, magno experimento inde didicimus, quod Regem nostrum clementissimū *Unctum suum* in tot periculis servaverit, *propugnaculum multarum salutum* illi fuerit, quando multis circumdatus erat hostibus: quare non sine divino instinctu A. 1675. Upsalia sacram *Unctionem* pius suscipere voluit, antequam belli periculis sese committeret. Certe Ecclesiæ Patriæque felicitatem magnā, fiducia non levi ominamur, (nisi impietate nostra Dei amittimus benevolentiam,) postquam Deus in tot adversitatibus, S. Regiā Majestatem divino auxilio sibi adstrinxit, pietatem

catem veram auxit, & nunc victoriis & laboribus gloriosam, simul cum pace incolumem patriæ reddidit; celebremus Deum robur nostrum & propugnaculum Regis nostri, *Ps. 20: 6-10.* & ut divina sua fortitudine ac virtute illum indies roboret, rogemus, *1. Tim. 2: 1. 2.*

III. *Laudē votivā, (Nikollans Poff/)* Deus simul postulat orationes & laudes, *Ps. 50: 15.* ideo David Deum colit laude simul & votis *Ps. 50: 23.* Quatuor petit. (1) *Salva populū tuū,* Jesum salvatorem mitte, & illos redime ab omnibus hostibus eorū, *Gen. 49: 18.* hoc erat primarium piorum in Ver. Test. votum. *Ps. 124: 8. Matth. 1: 21. Luc. 1: 47. & 2: 30.* (2) *Benedic hereditati tue* h. e. Ecclesiam fidelium, *Deut. 4: 20. 1. Reg. 8: 51. Ps. 2: 8.* omnigena felicitate bea, inde solennis benedictio, *Num. 6: 24-26. Ps. 67: 8. & 115: 12-15.* (3) *Et pascē illos,* fideles tuos cura ut pastor bonus, *Esa. 40: 11.* & illis prospice de omnibus necessariis, *Ps. 23: 1, 2.* (4) *Et extolle eos in æternum,* supra quævis pericula, damna & opprobria in hac vita, *Exod. 19: 4. Deut. 1: 31. Ps. 23: 4.* & tandem in æternam gloriam evehe, *Ps. 16: 11. & 91: 16.*

Appl. Quæ David post liberationem temporalem optavit, ea & nos quæramus & sectemur in pace concessa. Nulla divina gratia digni sumus, si peccatorum generibus quibusvis, ut antea, nos dederimus, & absq; dubio gravius nos sic maneret malum, *Job. 5: 14.* Itaque gloriam Dei, salutem animarum nostrarum, & bonum publicum, serio ac studio indefesso promovere allaboremus, idq; in vero Dei timore, nam ideo per Jesum salus & liberatio nobis data, ut Deo sanctè serviamus, *1. Cor. 2: 7, 8. Eph. 2: 10. Tim. 2: 14. Hebr. 9: 14.* sic cœlestis & salutaris nobis continget benedictio, *Eph. 1, 3.* erit Jesus pastor noster, *Psal. 80: 2, 3. Mich. 7: 14. Job. 10: 11, 14. Hebr. 13: 20, 21.* & demum nos ut oves bonas introducet in sublimem æternamqve gloriam, *Matth. 25: 33, 34. 1. Pet. 1: 3, 4, 5.* Conclusio ex, *Esa. Cap. XII.* quod totū, tertiæ Concionis textus est,

Psal. 48: 11-13.

Ela. 49: 13

Reges terræ & omnes populi, Laudent nomen Domini, quia nomen ejus solius exaltatum est, gloria ejus super terram & cœlum.

Cantate cœli & exultate terra, jubilate montes cantu, quia consolatus est Dominus populum suum & afflictorū suorum miseratus est.

Ro. Secret
Dispositiones

KANSALLISKIRJASTO-KANSALLISKOELMA



120 102 1471



mf
(1652-53 *Stesim kpal*)

